

Aduertencias para

eam virorum, quàm mulierum Monasteria
Ordinis in omnibus, & singulis communica-
uit. ¶ Aduertit autem Collector vbi supra. §
16. q̄ literæ supra dictæ extensionis non fue-
runt expeditæ à Pio 4. sed à Pio 5.

84 ¶ Postea vero Sixtus. 5. sub anulo Pesca-
toris anno Domini millesimo quingentesimo
octuagesimo nono, Pontificatus sui anno pri-
mo, die decimatertia Decembris. Omnia &
singula priuilegia, immunitates, libertates,
prerogatiuas, indulta spiritualia, & tempora-
lia, fauores & gratias, etiam per modum com-
municationis, & extensionis eidem Ordini
Sancti Hieronymi, ac singulis eius Monaste-
rijs, Domibus, locis, & congregationibus illo-
rumque Conuentibus, Superioribus, Priori-
bus, Fratribus, Ministris, & etiam viriusque
sexus personis, eiusque Capitulo per quoscun-
q; Romanos Pontifices predecessores suos,
& per se, & per Sedem Apostolicam eiusque
Legatos & Nuncios in genere, vel in specie
sub quibuscunque tenoribus, & formis, etiam
motu proprio, & ex certa scientia, vel ad Impe-
ratoris, Regum, Reginarum, Ducum, aut alio-
rum Principum instantiam quomodolibet cō-
cessa communicata extensa, confirmata, & in-
nouata,